



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Sectio I. De Præcepto audiendi Missam, Receptiores sine lite sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

SECTIO PRIMA.

De Præcepto audiendi Missam, Receptiores sine lite Sententiæ.

CAPVT I.

De natura huius Præcepti, ac personis quas obligat.

1 Datur præceptum de audienda missa.

Vidquid oblatent nonnulli, quos pressio nomine, indicat Suari. to. 3. in 3. p. d. 88. sect. 1. dari in Ecclesia de Missa diebus festis traditione ac praxi Ecclesiæ constat. Clemens. l. 2. constit. c. 6. 3. D. Tho. l. 2. q. 101. a. 4. & q. 101. a. 3. & omnes.

2 Præceptum hoc in iure canonico continetur.

Præceptum hoc in iure canonico continetur. cap. Omnes fideles, cap. Sacerdotes & cap. Missas de consecrat. dist. 1. Suar. d. 88. sect. 1. Azor. l. 7. q. 1. Scio Sotum in 4. dist. 13. q. 2. a. 1. id videri abnegasse, dum ait, canones hos non habere nouam præcepti formam, sed tanquam de re cõpertsissima, & à temporibus Apostolorum constitutissima loqui. Attamen mox in nostram sententiam planè veram ingenue inclinatur.

3 Est de audienda Missa Dominici ac Festi.

Præceptum hoc est nõ solè de audienda Missa diebus Dominicis, sed & in aliis diebus festis. Quia id est ex praxi totius Ecclesiæ, & omnium Doctorum consensu notum. Fateor, in can. Missas, de consecrat. dist. 1. solùmmodo Dominici diei fieri mentionem Missas die Dominico secularibus votas audiri speciali ordine precipimus. Attamen vulgare in iure est, nomine Dominici diei alios dies festos cõprehendi. Henr. l. 9. c. 25. n. 1. Azor. l. 7. c. 1. q. 1. Nauar. sum. c. 25. n. 1. Sotus in 4. dist. 13. q. 2. a. 1. Hortad. de Sacrif. Missæ, d. 5. diffic. 1. Fagund. de præc. Eccl. c. 1. 3. & c. 2. n. 9. Scorc. l. 2. de Sacrif. Missæ, num. 1. Barbosa collect. DD. in p. Decreti, c. Missas, de consecrat. dist. 1. n. 1.

4 Non obligat Missam audire in feriis Quadragesime.

Non tenetur quis in feriis Quadragesime vi huius præcepti Missam audire, Quia licet c. solè, de consecrat. dist. 1. expresse dicitur, Quadragesime feriis debere ieiunium solui vespere largitis elemosinis, ac audita Missa, aut loquitur canõ de cõsilio, aut contrario fidelium est vsu abrogatus. Tolet. l. 6. c. 8. n. 2. Suar. d. 88. sect. 5. Henr. l. 9. c. 25. n. 3. Azor. p. 1. l. 7. c. 4. q. 2. Nauar. sum. c. 21. n. 2. Syuest. v. Missa l. 5. 7. & Missa 2. §. 1. Angel. ibi, num. 57. Tabie. n. 46. Armill. n. 29.

5 Nec in tri. duo Sancta Hebdomada.

Non tenemur vi huius præcepti triduo hebdomadæ Sæctæ Missam audire, Quia licet olim ex iure cõmuni, illud triduum festum esset, ac consequenter teneretur omnes Missam audire: nunc tamè præceptum de obseruando triduo iã est abrogatum, ideoq; ex iure cõmuni nemo tenetur hiis diebus audire Sacrum, sicut nec quarta feria Cinerum. Secus dixerim ex iure particulari alicuius Diocesis, si quod alicubi extiterit. Azor. p. 1. l. 7. c. 4. q. 2. Fagund. hic, l. i. c. 1. & l. 3. c. 4. n. 17. Tolet. l. 6. c. 8. n. 2.

6 Nec in Rogationum diebus.

Nec tenemur Missam in diebus Rogationum exaudire. Quia nemo obligatur ex iure cõmuni, aut ex generali præcepto Ecclesiæ audire Missam, nisi in diebus festis. Sed præfati dies non sũt saltè nũc festi, vt cõstat ex praxi: Ergo. Verũ licet can. solè, de consecrat. dist. 1. & can. Rogationes,

& can. Pronunciandum dist. 3. indicat hiis diebus audiendi Missam obligationem, vel solùmmodo cõsiliũ contineri, vel si præceptum iã est cõtraria cõsuetudine abrogatum. Nauar. sum. c. 21. n. 2. 10. 3. in 3. p. d. 88. sect. 5. Azor. to. 1. l. 7. c. 4. q. 2. Fagund. hic. l. 2. c. 2. n. 14. Scorc. l. 2. de Sacrif. Missæ, c. 2. n. 4.

Porro Scholastici in diebus vacationũ nõ tenentur ex vi huius præcepti Sacrum audire, si alias festiui nõ sint. Quia nullũ habet de hoc præceptum, sed tantũ cõsiliũ, vt patet ex praxi. Suar. d. 88. sect. 1. Henr. l. 9. c. 4. 5. n. 2. Sanch. l. 5. cõst. c. 2. dab. 5. n. 8. Alcozer sum. c. 17.

Nec Episcopi tenentur ex vi huius præcepti Missam quotidie audire. Quia licet in cap. Quo- Nee Episcopi, de primil. in 6. dicitur, Episcopi, eorumq; superiores, diuersis ex causis à suis Ecclesiis, & Diocesis sibus frequenter absint, nec sepe possunt ad Ecclesias accedere pro Missa celebranda, vel audienda in illis, sine qua eos transire non decet, absque rationabili, vllã die: attamen hiis verbis solùmmodo cõtinetur cõsiliũ, nec alibi in iure tale præceptum inuenitur. Tullè. ch. l. 3. in Decal. c. 1. dub. 5. n. 1. Villalob. p. 1. r. 8. diffic. 35. n. 7. & 8. Fagund. l. 2. c. 2. n. 11. Filliuc. r. 5. c. 7. q. 9. Rofel. v. Missæ, §. 1. Syluest. v. Missa 2. q. 1. Nauar. sum. c. 21. n. 2. Azor. l. 7. c. 4. q. 3.

Omnes fideles statim ac discretionis annos attingerint audiendi Missæ præcepto subiaccnt. Quia quilibet circa septennium ferè capex est Ecclesiastici præcepti cum rationis fit compos. Sanch. l. 1. su. c. 12. n. 6. & 17. Nauar. sum. c. 21. n. 1. Henr. l. 9. c. 25. n. 1. Azor. l. 7. c. 2. q. 1. Scorc. de Sacrif. Missæ, c. 20. n. 7. Lugo de Sacram. d. 22. sect. 1. n. 1.

Obligat etiam personas Ecclesiasticas. Quia præceptum hoc non solũ cõtinetur in cap. Missas, sed in cap. Omnes fideles, quod cum generaliter loquatur, omnes fideles continet. Cui veritati non obstat Ioannis de Biblia, & aliorum Canonistarum venia: quod cap. Missas solum fecisset de secularibus mentionem. Quia cum hi facilius Ecclesiæ præcepta violer, operè pretiũ duxit cõsiliũ ad qd speciatim præceptũ dirigere. Nauar. Ant. Palud. Gabr. Sotus, quos citat, & sequitur Suar. d. 88. sect. 4. Bauny. de Sacrif. Missæ, c. 6. q. 1. & 4. Lugo de Euch. d. 22. nu. 1. Dicastil. de Sacr. d. 5. dub. 1. n. 6. & alij cõmunitur.

Licet Catechumeni admittantur ad Missam vsque ad Offertorium, tamen nec quoad eam partem obligantur. Quia non sunt in statu, in quo Ecclesiasticis legibus subiaccntur. Henr. l. 9. c. 25. num. 1. lit. C. Martinon. de Sacram. d. 49. sect. 9. Sanch. l. 1. sum. c. 12. n. 14.

Nec obligat amentes, & ebrios. Quia præceptum hoc obligat ad assistendum Sacro humana presentia: at hi nequeunt sic interesse. Nauar. sum. c. 21. nu. 1. Bassus v. Missa 8. n. 1. Gesuald. de Sacram. tr. 17. c. 2. n. 4. Hortad. de Sacrif. Missæ, d. 5. diffic. 1. Addit tamè Gesualdus appositè, id esse intelligendum de absolute amentibus, nam qui in aliqua speciatim materia Missam non attingente impos sit ratiq; audienti Sacri præcepto subiaccbit.

Nunquam tenentur fideles eodem die festo plures Missas audire. Quia Ecclesia solum præcipit

7 Nec obligat Scholasticos.

8 Nee Episcopi, ut quosdam audiant.

9 Instat præceptum.

10 Obligat etiam Ecclesiasticos.

11 Non obligat Catechumenos.

12 Nec amentes, aut ebrios.


13 Non tenentur plures Missas audire.

Secl. I. De Præcepto I. Recept. Sentent. 3

præcipit audire Missam in die festo. Vnde etiam plures Missæ in eadem die ab vno Sacerdote celebrantur, (vti in die natalitio Domini, vel in commemoratione omnium fidelium defuictorum alicubi) laudabiliter tres audiuntur, sed præceptum minime obligabit. Fagund. præf. 1. l. 2. c. 1. n. 1. Naldus v. Missa, n. 10. Dicastil. de Sacra. tr. 5. d. 5. dub. 4. n. 8. Nugnus q. 83. a. c. d. 2. concl. 5. Bonac. d. 4. de Sacrif. Missæ q. ult. pun. 1. n. 1. Filluc. tr. 5. n. 207.

14 Suflicite Missam audire quocumque idioma- te, ac ritu celebratam. Quia nullum extat præceptum, quo debeant fideles Latino, aut alio idioma- te eam exaudire. Impletur ergo præceptum, si Missa audiat quocumque ritu aut sermone seu Latino, seu Græco, seu Syriaco, &c dummodo talis ritus nullum contineat errorem. Lugo d. 2. 2. sect. 1. n. 1. Bassæus v. Missa 8. n. 4. Dicastil. d. 5. n. 16. & 27. Syluest. v. Missa, 2. n. 4. Sà verb. Missæ auditio, n. vlt. Tabie. n. 49. Armil. n. 31. & omnes.

15 Præceptum impleuit, qui Missam statim post mediâ noctem audit. Quia præceptum sanctificandi festâ à mediâ nocte incipit. Fagund. præf. d. 1. l. 2. c. 1. n. 10. Syluest. v. Missa, 2. q. 1. Azor. 10. l. 1. c. 3. q. 1. Nauar. sum. c. 21. n. 2.



CAPVT II.

De Missæ exaudiendæ integritate.

16 Tenentur fideles die festo totam & integrâ Missam audire. Quia cap. Omnes fideles, de consecrat. dist. 1. sic præcibitur: Omnes fideles, qui conueniunt in solemnitatibus Sacris ad Ecclesiam, vt scripturas Apostolorum, & Euangelium audiant, qui autem non perseverant in oratione vsque dum Missa peragatur, conuenit communionem priuari. Et cap. Missas ead. dist. sic: Missas die Dominico secularibus totas audire speciali ordine præcipimus. Lege Suarium d. 88. sect. 2. & Fagundez l. 2. c. 4. n. 1.

17 Satisfaciunt præcepto Missæ, qui vel antè benedictionem Sacerdotis exeunt, aut aliam minimam partem omittunt. Quia paruitas materia à mortali excusat. Omnes sic.

At si tertiam, vel quartâ partem Missæ omit- tas, censendus es partem grauem omisisse, grauiusq; culpatus existes: v. gr. si omittes initiû Missæ vsq; ad Euangelium exclusiue, & simul orationes post communionem. Secus si audita Epistola, post communionem discederes. Suar. d. 88. sect. 2. Coninch q. 83. a. 6. dub. vni. n. 285. & alij communiter.

18 Post inceptum Canonem vsque ad cõmunio- nem minoris partis omisso grauior materia cen- senda est. Quia in his non tam est spectanda tẽporis mora, quâ dignitas rei omisæ ob propin- quitatem ad essentiam, & integritatem Sacrificij. Quocirca si tẽpore consecrationis & consumptionis quis exiret de Templo, & si reliquis partibus Missæ assisteret, præcepto minimo satisfaceret. Quia absolute sacrificio præsens non fuit: sacrificij namque essentia & integritas in consecratione aut consumptione ita est. Quod si consecrationi assistens, consumptionẽ omi- sit. Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

tat, vel è contra à mortali excusatur. Quia hæc moraliter sunt iudicanda, neque satis constat, in quam ex illis actionibus sita sit essentia Sacrificij. Suar. d. 88. sect. 2. Laym. l. 4. tr. 7. cap. 3. sine.

Si vero pro deferendo vino, thure, alijsve ad Sacrificium necessarijs à sacrificio recedas, præcepto satisfacis. Quia licet physicè recedas, recedere moraliter non censuris: si quidem recedis sacrificij causa, & in ipsa recessionis actione sacrificio inseruis. Syluest. v. Missa 2. quæst. 1. Nauar. cap. Quando, de consecrat. dist. 1. notab. 10. n. 19. Henriq. l. 9. c. 2. 5. n. 8. Sà v. Missæ auditio, n. 2. Limitatim tamen, dummodo ab Ecclesia non recesseris nisi ad breue tempus: alias nescio, quâ ratione censeri possẽ præses sacrificio, quantumvis ob illius causam recesseris. Nõ enim præsentia moralis, cum morali absentia potest consistere. Bonac. d. 4. de Sacram. q. vltim. pun. 11. n. 18. Fagund. l. 2. c. 6. n. 10.

Potes ab vno Sacerdote dimidiam audire Missam, & postmodum ab alio aliam dimidiam. Quia licet illæ partes independetes sint, neq; vnũ Sacrificiũ cõstituire valeat, ideoq; illis assistẽs hand quaquã propriè vnico Sacrificio assistit: tamen ex Ecclesiæ benigna interpretatione cõmuni Doctorũ approbata iudicio, repu- tãdæ sunt partes vnum Sacrificium cõponentes, quoad effectũ audiendi Sacri, & satisfaciendi Ecclesiæ præcepto. Coninch q. 83. a. 6. d. vni. n. 286. Bonac. de Sacram. d. 4. q. vlt. punct. 1. n. 13. Laym. l. 4. tr. 7. c. 3. Nauar. sum. c. 21. num. 2. Tolet. l. 6. c. 7. Sà v. Missæ auditio, n. 2.

Sæpe contingit aliquem audisse integram Missam & tamen deliquisse lethaliter. Quia commemoratus fuit voluntarie tanto tempore, vt se exposuerit morali periculo Sacrum non inueniendi: & licet casu euenerit inuenisse, non ideo à crimine excusatur. E contra verò contingit, aliquem Sacrum non audire, nec tamen lethaliter peccasse. Quia per eum moraliter nõ stetit, quin audiret, sed Sacerdoti Sacrum maturanti, & hora consueta non celebranti est tribuendum. Vnde Confessarij diligentes debent se gerere circa pœnitentium examen, num se exposuerint periculo omittendi Sacrum, an & die, quo Sacrum omiserint gesserint quantum in ipsis fuit, vt audirent. Palao p. 4. tr. 22. d. vni. pun. 16. m. 14. & omnes.



CAPVT III.

De loco, vbi audienda est Missa.

Locus pro audienda Missa Parochia fuit ex multorum Canonistarum sententia ad cap. Nullus locus vt Dominici de Paroch. & cap. si quis etiam, de consecrat. dist. 1. At consuetudine firmatum est, nullum locum esse determinatum. Fauet Tridentinum sess. 22. decreto de obseruandis in celebrat. Mis. quatenus solũ ex consilio ac monito Episcoporum, obligati sunt fideles ad proprias Parochias accedere. Suar. d. 88. sect. 2. Barbo, al. legat. 24. n. 27.

Non potest Episcopus præcepto, ex cõmuni- catione, aliãve celsura fideles cogere ad Missam

19 Audi Missam qui ad deferenda necessaria ad eã breui tempore recedit.

20 Potes dimidia Missa ab vno Sacerdote audiri.

21 Potes quis peccare cõtra hoc præceptũ si de Missam audiat.

22 Nullus locus est Missæ auditioni determinatus.

23 Non potest Episcopus fideles cogere, ad Missam in propria Parochia audiendam.

SCOBAR
Book Mor.
m. v. v. v. II
E. IV

4 Theologie Moralis, Lib. XLII.

in propria Parochia audiendam. Quia Episcopus iuri communi, & priuilegiis à sede Apostolica concessis derogare non potest cum ergo cuilibet fidei iure communi concessum sit quolibet loco posse præcepto audiendi Sacrum satisfacere, haud poterit Episcopus contrarium imperare, maxime si fideles in Templis Mendicantium Sacrum voluerint audire. Habent enim Mendicantes priuilegium declarans quoslibet fideles ibidem Sacrum audientes præcepto satisfacere, nec impediri posse. Ex Leone X. refert Barbofa allegat. 24. numer. 20.

Neque huic doctrinæ obstat, quod possint fideles occasione verbi diuini audiendi, obligari ad Parochias accedere. Quia non obligantur, vt Missæ præcepto satisfaciunt, sed vt in necessariis, & vtilibus ad salutem à suis Parochis instruantur. Attamen Mendicantes ob eam causam, obligari possunt ab Episcopis, vt in suis conuentibus diebus Dominicis in Missa conuentuali declarent populo, quæ festa, ac ieiunia in ea hebdomada occurrant, ne propter ignorantiam contingat, Ecclesiastica præcepta violari Manuel 10. 1. qq. Regul. qu. 43. a. 7. Barbo. alleg. 24. n. 21.

24
Potest tamē obligare Mendicantes.



CAPVT IV.

De huius Præcepti materia, quæ est præsentia humana, ac religiosa.

24
Materia huius præcepti est præsentia humana, ac religiosa.

CONSTAT ex cap. Missas, & ex cap. Omnes fideles, de consecr. dist. 1. materiam huius præcepti esse præsentiam humanam & religiosam, Sacrificio Dominicis ac festis diebus peragendo. Quia præcipitur actus humanus in Dei honorem, & cultum. Dicitur humana præsentia, si sensu aliquo percipis, quid in Sacrificio peragatur. Sanch. l. 3. de matr. d. 13. m. 9. & 11. in alio simili. Dicitur religiosa, si ea præsentia ex se Dei cedat in cultum. Et licet Angelus verb. Feria, num. 24. censeat, hanc materiam non esse grauis obligationis, minime audiendus. Nam ceteri omnes Doctores merito contradicunt, asserentes, huius præcepti transgressionem peccatū mortale cōstituere. Quia est defectus in maximum cultu, & honore, qui Deo potest exhiberi.

26
Non satisfacit præcepto, qui dormiens Sacro assistit.

Ex præfata præsentia humana ac religiosa quaesita, liquet, non satisfacere præcepto, qui dormiens vel ebrius Sacro assistit. Quia humano ac religioso modo non interest. Item si huc illucque circumspicit, aut per totam Missam colloquia miscet. Quia illius præsentia religiosa non est, sicuti esset, si interruptim aliqua verba misceret. Coninch q. 83. a. 6. dub. vni. n. 298. & alij communiter.

27
Si actio exterior per se indecora non sit.

Si actio exterior etiam in Templo facta per se indecora non sit, & ex alia parte non impediatur Sacrificanti attendere, humanæ, ac religiosæ præsentie non contradicit, ac proinde non obstat, quin illa exercens Missæ præcepto satisfacias. Minus obest, quod ex prauo fine Missæ assistas. Quia prauus finis non impedit exteriorem præsentiam ex se religiosam esse, tamen illam impediatur simpliciter, per-

fectè esse religiosam, quod ad præceptum implendum requisitum non est. Palao part. 4. tract. 22. d. vni. punct. 16. num. 2. De quo scilicet. 2. sermo propriis in Dubiis recurrer.

Si vagatio mentis circa profana ita sit intensa, vt ob eam impediatur, aliquoties cognoscere, quid à Sacrificante peragatur (quod raro contingit) haud quaquam præcepto satisfacias. Quia solum corpore, non autem mentem præsens. Hac enim de causa dormiens vel ebrius assistens, præceptum non implet, nam de iis, quæ aguntur in Sacrificio reddere rationem non potest. At si voluntaria vagatio non te impediatur ab ea attentione, qua possis esse testis Sacrificij peracti, crediderim præcepti impletionem non impedire. Quia materia huius præcepti solum est externa Sacrificij præsentia moralis, & de se religiosa. Hac autem consistere potest, licet mens vanis, imo turpibus sit cogitationibus occupata. Et quidem si vagatio inuoluntaria sit, omnes Doctores teste Suario d. 88. sect. 3. censent, præcepti executioni non repugnare. signum ergo est, ex vagatione mentis regulariter præsentiam moralem, ac de se religiosam non impediri. Etenim si hæc præsentia vagatione impediatur, & si esset inuoluntaria nullatenus, ea stante præceptum impletur: sicuti ei non satisfacies si inuoluntariè obdormires; sed aliud Sacrum si posses exaudire deberes. Coninch question. 83. arr. 6. dub. vni. n. 302. Palao part. 4. tract. 22. dub. vni. punct. 16. numer. 3. & alij.

Præceptum à fortiori implebit, qui preces voluntarias, siue ex obligatione dum Sacrum peragitur recitat. Quia ea recitatio moralè est eterna, ac religiosam præsentiam non impedit. Nauar. sum. c. 21. n. 8. Bonac. de Sacram. d. 4. q. vlt. pun. ii. n. 25. Suar. d. 88. sect. 3. Henriquez libr. 9. tract. 7. cap. 1.

Conscientiæ examen & peccatorum confessio non impedit, quin præcepto audiendi Sacrum satisfacias. Quia simul attendere potes, quid in Sacrificio agatur: qua attentione posita, præsens es moraliter ac religiosè Sacrificio: satisfacias ergo præcepto, sicuti satisfacere posses, si confessiones in Templo attendens simul Sacro audires. Reginal. l. 19. nu. 14. Palao p. 4. tr. 22. d. vni. pun. 16. n. 4. Molfes. tract. 4. c. 17. num. 45.

Necessum non est, vt huic præcepto satisfiat, Sacerdotem audire, aut videre: sed sufficit, si ex signis cognoscat fidelis, quid agatur. Quia auditio, aut visio non præcipitur, sed moralis & humana præsentia, quæ seclusa visione & auditione consistere potest. Vnde cæcus & surdus Missæ interesse debent. Quia humano modo præsentem esse possunt. Nauar. sum. c. 21. n. 8. Tolet. l. 6. c. 6. Coninch q. 83. a. 6. dub. vni. n. 299. & 300. Laym. lib. 4. tract. 7. cap. 3. Bonac. de Sacram. d. 4. q. vlt. pun. ii. n. 19. Qui autem simul cæcus esset ac surdus, non video quam ratione humanam præsentiam possit exercere, vt merito Palao aduertit.

CAPVT

si ob Missam audientiam opus debeat interrumpere.
 si ob audiendam Missam opus interrumpere deberet. Suar. d. 88. sect. 6. n. 3. Bonac. citatur. sed crediderim, hoc intelligendum esse, dummodo ex intermissione non leuis rei temporalis iactura procedat.

Quarta causa ex titulo charitatis sumitur, quando cui necessarium sit Missam omittere ut subueniat proximo, vel ne illi afferat damnum verbi gratia, sine agrotum deserat, cui eius est presentia necessaria, ut medicamina opportuno tempore adhibeantur, vel ne grauem dolorem, & animi anxietatem solus relictus patiat. Quod si dubius is fuerit, an eius presentia sit necessaria, aut utilis valde, consilium alterius, si adsit, docet postulari. Raro autem cum Suario d. 88. sect. 6. n. 4. crediderim, eum, qui bona fide, & animi pietate procedit peccatorum lethaliter, licet eius presentia necessaria non fuerit. Quia bona fides & animi perturbatio excusationem praestat. Ex hoc etiam capite Doctores excusant foemina, scientem se a viro perditam adamari, quae si Ecclesiam adeat, erit alteri occasio delinquendi. Sotus in 4. dist. 13. q. 2. a. 1. Filliuc. tr. 5. n. 27. Sa. v. Missa audientia, n. 3. Bonac. de Sacram. d. 4. q. vlt. pun. vlt. n. 5.

43 *Quinta causa, officium, vel iusta obedientia.*
 Quinta causa sumitur ex officio, vel iusta obedientia. Quo titulo excusantur milites custodientes castrum, portas ve ciuitatis, seu vigiliis agentes, quando sine periculo huius damni, si Missa intersint, suo muneri nequeunt satisfacere. Item matres, ac nutrices, quae infantem non possunt deserere, & satius regulariter est, domi cum eo morari, quam secum ad Templum adferre ob eius quietudinem, quae adstantes molestat, ac celebrantem perturbat. Bonac. de Sacram. d. 4. q. vlt. pun. vlt. n. 5. Henric. l. 9. c. 25. n. 10. Coninch q. 83. art. 6. dub. vlt. num. 86.

44 *Quando dominus suis ministris, Missam omittere, et quidem si ministerium sit necessarium iuxta commandum, & ordinatum viuendi more, vel iuxta occurrentes rationabiles occasiones, certum est, nec dominos delinquere praecipiendo, nec patendo famulos, licet ex illo obsequio Missa omitteretur. Quia adest grauis causa, ac moralis necessitas. Quod intellexerim, dummodo famuli non possint mediocri diligentia adhibita opportunum tempus praevinire, ut Sacro sit locus. Suar. d. 88. sect. 6. n. 5. Coninch qu. 83. art. 6. dub. vlt. sine. Porro non tenentur famuli, extraordinariam diligentiam adhibere, citius notabiliter assurgendo, & de somno secundum rationem moderato detrahendo. At si ministerium necessarium ita non sit, sed possit in alium diem, vel in aliam horam sine incommodo differri, domini inique agunt, id praecipiendo, cum non solum sint obligati sibi subiectos a Missa audienda non impedire, sed debitam diligentiam adhibere, ut praecipio satisfaciant. Synesius v. Missa 2. qu. 1. Nauar. sum. c. 2. n. 9. & significauit D. Ambrosius hom. 33. Quadrages. relatus in cap. An putatis 86. dist. Vnde famuli si absque magno incommodo possunt subterfugere, ut Missam audiant, dominis non obtemperando, tenentur id gerere, quamuis aliqua leuis rixa exoritur. Si vero necesse sit, aut dominos deserere, aut grauem eorum sustinere iracundiam, possunt excusari. Monuerim vero, debere famulos indicare dominis, se Sacra*

Quando dominus de die, vel in aliam horam sine incommodo differri, domini inique agunt, id praecipiendo, cum non solum sint obligati sibi subiectos a Missa audienda non impedire, sed debitam diligentiam adhibere, ut praecipio satisfaciant. Synesius v. Missa 2. qu. 1. Nauar. sum. c. 2. n. 9. & significauit D. Ambrosius hom. 33. Quadrages. relatus in cap. An putatis 86. dist. Vnde famuli si absque magno incommodo possunt subterfugere, ut Missam audiant, dominis non obtemperando, tenentur id gerere, quamuis aliqua leuis rixa exoritur. Si vero necesse sit, aut dominos deserere, aut grauem eorum sustinere iracundiam, possunt excusari. Monuerim vero, debere famulos indicare dominis, se Sacra

Quando famuli dominos deserere, aut grauem eorum sustinere iracundiam, possunt excusari. Monuerim vero, debere famulos indicare dominis, se Sacra

non audisse, ab eisque facultatem exposulare, licet aliquoties inde italcantur. Quia debent quantum commode possunt praecipio executionem procurare. Quod si monitus, & rogatus, facultatem negauerit, famuli erunt a periculo immunes. Profecto si hoc impedimentum Missae audiendae frequens fuerit, & quasi ex consuetudine tenentur, nacta opportunitate, herum deserere, & alium requirere, cui inferendo Ecclesiae valeat obseruare praecipio. Coninch & Suarius ubi supra. Laym. l. 4. tr. 7. c. 4. n. 3. Quae de famulis dixi procedunt efficacius in vxore comparatione, ac filii comparatione mariti, ac parentum, & in militibus comparatione ducis, alisque similibus ut Suarius n. 5. aduertit.

Sexta causa sumitur ex rationabili consuetudine legitimo tempore praecipio a Pastoribus Ecclesiae tolerata, quae sicut potest legem introducere, ita praesistentem abrogare, aut temperare valet. Ex hoc titulo excusantur foeminae, quae per aliquot dies post partum ab Ecclesia abstinere ingressu, & si perfectae conualuerint, iuxta cap. vlt. de purific. post partum. Ex reuerentia scilicet, ac deuotione, non ex superstitione, aut oblatione ritus, ac legis Moisaicae. Caiet. v. Fellos violatio. Suar. d. 88. sect. 6. Maiol. de irregular. l. 2. c. 3. n. 4. Bonac. de Sacram. d. 4. q. vlt. pun. vlt. sine. Henric. l. 9. c. 25. n. 12. menses tempora non est omittenda Missa, seculi aegritudine. Quia nulli est talis consuetudo. Nauar. sum. c. 21. n. 9. Suar. d. 88. sect. 6. Henric. l. 9. c. 25. n. 12. Bonac. de Sacram. d. 4. q. vlt. pun. vlt. sine. Ob mortem viri solent coniuges excusari a Sacro audiendo. Quia pluribus in locis est consuetudo recepta, ne de domo egrediantur ob honestatem ac decentiam vidualem, & ob tristitia documentum. Haec tamen consuetudo non est extendenda, nec pro omnibus viduis regula haec obseruanda; nobiliores enim longiori tempore se domi possunt conseruare. Vnde Doctores non audent, hanc consuetudinem etiam annalem condemnare. Nauar. sum. c. 11. n. 4. Henric. & Suar. supra. Viduae vero illae, quae non obstante hac consuetudine, domo exeunt ad alias res non aequae Sacras, aut vigentes, nullatenus valent excusari. Quia si viduitatis decentia, ac tristitia significatio non impedit exitum quo titulo potest ad Ecclesiam accessu impedire? Nobiles Virgines aliquibus in locis excusantur. Quia est consuetudo recepta, ne procedant in publicum. Ac si hanc violent consuetudinem ob ludos, seu publica spectacula aspectanda, haud crediderim excusari posse. Nauar. Suar. ac Bonacina venia. (De quoq. sect. 12.) Presumendum enim est, consuetudinem eo moderamine receptam esse, ut fenestras fugiant, ac domo se contineant. Palao tom. 4. tr. 22. d. vlt. pun. vlt. n. 7. Porro si puellae huiusmodi non possint domi solae relinquere, ab audiendo Sacro excusari, non vi consuetudinis, sed vi muneris suo satisfacti, honoris quoque prospiciat. Nauar. c. 21. n. 9. Henric. l. 9. c. 25. n. 12. Suar. d. 88. sect. 6. n. 6. Bonac. de Sacram. d. 4. q. vlt. pun. vlt. n. 1. Crediderim, raro haec necessaria fore. Potius matribus consulerem, ut filias secum ad Tempora ducant potius, quam domi relinquant. Vix enim ob tanti praecipio executionem periculum adest impudicitiae, praesertim si Ecclesias adcant, ubi non est adolescentium concursus.

45 *Sexta causa, rationabilis praescripta consuetudo.*

Quid de foemina post partum.

Quid ob Animum mensem.

Quid ob mortem viri.

Quid de Virginitate.

Seet. I. De Præcepto I. Recept. Sentent. 7

concurfus, & finito Sacro statim domum reuertantur.

46 *Septima* causa est maior utilitas, verbi gratia, si omittatur Missa ob peccata fatenda in calumnia maiori necessitate, quando vitæ adest periculum, & præceptum confessionis viget, nec in aliud tempus commode differri potest: vel cum quis crederet, si ob audiendam Missam Conuersionem relinqueret, non inuenturum posse, qui eam in rebus fidei, & necessariis ad salutem instrueret. Quia in his præcepta confessionis, & cognitionis Doctrinæ Catholice, v. p. diuina, humano, & Ecclesiastico præferenda. Palao p. 1. ar. 2. d. uni. pun. ult. n. 8. & alij communiter.

47 *Ultima* causa excusationis sumitur ex parte Sacerdotis, si sit nominatim excommunicatus, aut manifestus Clerici percussor. Quia quilibet tenetur eiusmodi Sacerdotem vitare maxime in rebus diuinis. Vnde si alius non sit, à

quo Missam valeas audire, ab obligatione eam audiendi excularis: imo delinqueres, si audires. Suar. d. 88. sect. 6.

Denique etsi consultum sit, omittentem Sacrum, vel ex malitia, vel ex impotentia, aliquas orationes fundere, vt sic aliquo modo fructum Sacrificij compenset: attamen nullo iure adstringitur ad eas profundendas. Quia nulli est cautum, loco Missæ præfatas orationes subrogari debere: alias essent orationes signatæ, & non cuiusque arbitrio relictæ. Missa præcipitur, vt eo Sacrificio Deus colatur, ab eoque misericordiam postulemus: sed non ideo omisso Sacrificio alia via est Deus ex obligatione precum substitutione colendus, aut exorandus. Quia licet maxime expediat, non tamen præcipitur. Azor. libr. 7. capit. 7. quest. 14. Suar. d. 88. section. 6. Bonacin. de Sacram. d. 4. qu. vltim. punct. vltim. n. 16. Layman. l. 4. tract. 7. cap. 4. fine.

48 *Non obligatur, qui Missam omittit, præcedere fructum Sacrificij compenset.*



SECTIO SECVNDA.

De Præcepto audiendi Missam, Quæstiones Dubiæ.



CAPVT VI.

Circa huius Præcepti naturam, de diebusque pro quibus est impostum.

DVBIVM I.

An sit de Fide certum, dari præceptum de audiendo in Festis Sacro?

49 *De fide est.* **D**E Fide est. Quia dari præceptum constat ex cõmuni traditione, ac praxi Ecclesiæ, & ex puerorum Catechismo, vbi hoc præceptum inter Ecclesiastica annumeratur: & qui huic veritati, reclamauerit, tanquam suspectus aduersus sacra mandata punitur, quæ ex Fide sunt stabilita: ergo de Fide esse fatendum est. Sic Suar. tom. 3. in 3. part. d. 88. sect. 1. & tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 5. Fagund. præf. 1. lib. 2. cap. 1. num. 1. Petr. de Ledesma tom. 1. sum. cap. 27. Trullench. lib. 3. in Decalog. cap. 1. dub. 5. num. 1.

50 *Non est de fide.* De Fide non est. Quia nec à Deo reuelatum esse inuenitur, nec aliquo loco definitum, Ecclesiam id præcipisse. Ica Hurtad. d. 5. de Sacrif. Miss. dissic. 1. Lugo. Cardin. de Euchar. d. 2. à numer. 1. Sotus in 4. dist. 13. question. 2. articul. 1. & alij.

51 *Probabilis.* Estimari probabilis licet certissimum hoc mihi sit tale dari præceptum, non tamen de Fide probabilis esse. Fateor esse præceptum iure diuino funda-

tum obligans sub mortali, & eum, qui huic veritati reclamare ausus fuerit, tanquam suspectum aduersus sancta mandata, (vt ait Sotus) puniendum, sed dum non constat de Dei circa id reuelatione, nec de Ecclesiæ definitione, veritas hæc cõmuni traditione, & praxi Ecclesiæ stabilitur, sed non ideo ex Fide constat roborari.



QVÆSTIO INCIDENTS.

Nũm in Quadragesimæ Feriis præcepti huius teneatur quis Sacrum exaudire?

52 *Teneatur quidem.* **N**on solum in diebus Dominicis, ac Festis videtur teneri quis Sacro interesse, sed etiam in Feriis Quadragesimæ. Quia in cap. solent. de consecr. dist. 1. expressè dicitur, quod præfatis diebus debet ieiunium solui vespere, largitis elemosinis, & audita Missa. Sic Brocard. libr. 1. capit. 105. & alij, quos presso nomine, refert Azor. tom. 1. libr. 7. cap. 4. quest. 2.

53 *Non tenetur.* Minime tenetur quis ex vi huius præcepti Quadragesimæ Feriis interesse Sacro. Quia sic fert vltus, ac praxis Ecclesiæ, omnibus Doctoribus contestantibus. Ita Tolet. lib. 6. cap. 8. num. 2. Barbosa ad cap. Solent. numer. 2. Scortia de Sacrif. Miss. lib. 2. cap. 2. numer. 1. Henriquez l. 9. c. 25. m. 3. Azor. citatus. Armil. v. Missa, n. 29. Tabie. n. 46. Angel. n. 57. Nauar. summ. c. 21. n. 2. Syluest. v. Missa, l. 5. 7. & v. Missa, 2. §. 1. & alij communiter.

A 4 Hoc

SCORBAR
eod. Mar.
m. V. V. II.
E. IV
G